



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Meditationem mortis vtiliſſimam eſſe philoſophiam & omnifariam in lege
naturæ Moſaica & gratiæ commendatam. Colloq. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

fugeret. At satis isthæc sunt super
mortis timore: nunc & saturum
esse confido, & mensam leuari poss
existimo.

*Meditationem mortis utilissimam
Philosophiam & omnifariam in
ge Naturæ, Moysica et Gratia com
mendatam.*

COLLOQUIVM XIX.

PHIL. **Q**UAM verò tu me genialiter
planè cibis tuis delicatissimis
pascis? adeò quanto alacrius
quæ apponuntur consumo, tanto
maius desiderium comedendi mihi
subnascitur, & cum accessione fer-
culorum mihi quoque nescio quo-
modo fames crescere augeri que vi-
detur; age ergo hoc etiam à te im-
petrare me sine, vt seridè in utilita-
tes huius coelestis Philosophiæ in-
gressus, spisso planè & copioso ora-
tionis genere mihi eas pertractes.
Monstrauisti hætenus veterum Phi-
losophorum parùm ad eam rem acco-
modata & sufficiëntia consilia: expli-
cui

cuiſti, quid ſit mortem timere, arma cum ea cōferre, capere illam, & occidere: diſputaſti de duplici mortis genere, & duabus ferè ſpeciebus, quibus eam timere ſoleamus. Nunc illud vnicum ſuper eſt, vt, quoniam adeò lautè me tractare accipereque decreuiſti, reliqua quoque perfequenda eſſe videantur, & nos ab ijs rebus probè inſtruendi, quas præclare admodum iam nunc auſpicatus es: age itaque & in hoc velut comico actu Medicum repræſenta & Capitaneum. Quemadmodum enim iſte vbi infirmum ſanandum curandumq; ſuſcepit, illud primum agit, vt omnes ab eo humores noxios depellat, tū verò ijs ita ſublatis modos præſcribat quibus boni cæterum poſſint generari: ita tibi admodum faciendum eſt, vt poſtquam ea quæ falſa erant refutaſti, vera nunc etiã ſuggeras, & quis demum in ſpecie doctrinæ iſtius fructus ſit demonſtres. Iam ſicut etiam belli Imperatores vbi arma mouenda eſſe conſtiterunt, vires & copias inimicorum accuratè explorauerunt, acies inſtrue-

struere, munitiones & præsidia dil
ponere, arma militibus porrigere
aggrediuntur: ita à te ego cognos
cere desidero vbi securè mortè præ
stolari debeã, tū quomodo, quibusq;
armis cum ea cōfligendum sit, vt vi
ctoriã vitæ reportare possim vehe
menter admodū intelligere cōcupi
sco. TH. Næ tu verò insigniter me
moria vales, qui ea omnia quæ hactè
nus à me in mediū allata sūt, adeò fi
deliter animo insculpisti? Vt itaq;
rem vniuersã paucis cōplectar, dico
meditationē mortis vtilissimã pla
nè esse Philosophiã & homine dig
nissimã, eiq; omnifariã cōmēdatã, in
primo nomine, q; Deus ipsi imposu
it, primis vestimētis quæ portauit,
primis locis quæ insedit post pecca
tū cōmissū, in primis actionib⁹ quas
tã corpore quam anima designauit.
Primū itaque nomen quo hominem
Deus affecit, Adam fuit, quod idē est
ac si dicas terrenus. Quid verò causā
est cur diuina sapientia solū hominē
eo nomine compellarit, quum reli
quæ oēs inferioris huius mūdi crea
turæ, de terra essent efformatæ, ho
moq;

*Adam
nomen
protopla
sti.*

moq; nõ nisi corpus partẽ viliorẽ ex
 ea traxerit & mutuatus sit? Inter re-
 liquas omninò causas quas alio loco
 prosequemur, ea est, vt videl. mortis
 memoriã timoremque imprimeret.
 Quoties proinde nominis sui recor-
 daretur, id aut vt quispiã obliuiscat-
 ur fieri omninò non potest, digre-
 diebatur quoq; in illius memoriã
 qua è terra corpus suũ factum cogi-
 tabat: cum autem corporis sui ita re-
 minisceretur, succurrebat etiam i-
 stud, quod morti subijci posset, ni-
 si in gratia apud eum maneret à quo
 immortalitate dotatus fuerat. Ecce
 tibi graphicè admodum in primo
 nomine protoplasti mortis recor-
 dationẽ pictam & adumbratã: quod
 postea vniuerso generi humano ad-
 hæsit, nec in vlla lingua aliud quip-
 iam sonat, quam terrenum: signifi-
 cat autem omninò aliquid amplius
 quam id quod mortale nominamus,
 quippè cum non solum homo morti
 innoxius sit, sed quotquot creaturæ
 corporis vitæque participes sunt,
 moriantur, & longè omninò corru-
 ptione maiore, cum corpus & ani-
 ma si-

*Cur solus
 homo in-
 ter crea-
 turas
 mortales
 appelle-
 tur.*

ma simul in Nihilum resoluantur. den
 Monet ac docet videlicet soli e dro
 mortem esse meditandam, soli ex Iu
 fructum capiendum: quemadmodi dam
 etiam solus ipse penam mortis in d
 factus videlicet mortalis ex immo ing
 tali ob culpam, cui omnia quæ sub stit
 coelo capita sunt sua natura subia iam
 cent. Ac quemadmodum primum quo
 nomen hominis mortis imago fuit, los
 ita consequenter loca, in quibus tue
 post lapsum vixit, vestimenta primi asp
 quibus usus fuit, & actiones prima dor
 quas exercere incepit. Deus ergo ma
 architectus noster Adamum post se o
 quam inobedientiae crimine sese ob De
 strinxisset, paradiso eiecit, & velut ceu
 in aliam urbem exulatum abire iu mo
 bens, vt terram coleret, solum vere eis
 tere præcepit: tum eundem pelle aut
 non sua sed mortua instravit, eius om
 videlicet loco, quo omnibus bestiis ma
 pellem viuam & naturalem impo ret
 suit, vt vbiicumque demum locorum do
 moraretur, & quascunque actiones iu
 per totum vitæ mortalis decursum re
 institueret, nunquam mortis cogi fui
 tationem abijceret, sed in ea perpē- tai
 denda

*Genes. 3.
 123.24.
 Prima
 vestis
 Adami
 & Eua
 ex pelle.*

denda velut in curriculo aut cata-
 dromo quopiam sese exerceret. At ut
 Iureconsulti exilium mortis quan-
 dam speciem esse; quapropter Adam
 in dulcissime suæ patriæ memoriam
 ingrediens, & in exilio se iam con-
 stitutum agnoscens, intelligebat et-
 iam se in terra mortis versari, &
 quotiescunque terram fodiens ocu-
 los aperuisset, sepulcrum suum in-
 tuebatur, vnoque tantum pellis suæ
 aspectu seu comederet, biberet, seu
 dormiret, vel ambularet, copiosam
 materiam in mortis meditationibus
 se occupandi inueniebat. Creauerat
 Deus bestias mortales, vt in terra
 ceu proprio sibi loco viuerent ac
 morerentur, neque vlla in re mors
 eis detrimentum afferebat: homo
 autem immortalis factus erat, inter
 omnes Creaturas, ex corpore ani-
 maque compositas, vt in terra viue-
 ret & imperium obtineret: aliquan-
 do verò in coelo regnaret: sed cum
 ille priuilegia isthæc sua conserua-
 re non posset, mortalitate vestitus
 fuit, exercitatus in actionibus mor-
 talitatis: & solus mortalis appella-

*Capital.
 de pœn.
 in l. Phil.
 Iud. l. de
 Abraha-
 mo. Laët.
 l. i. D.
 Iustini.*

F rus.

*Simile à
scorpio-
ne.*

*Omni tē-
pore cele-
berrima
quæq; sa-
crificia,
cū mor-
tis me-
moria p-
soluta
sunt.
a Genes.
4. 3. 8.
20.*

tus. Ferunt eos, qui à scorpionibus morfi sunt, applicato eorum melleo in momento cōualescere, sic homo à morte ictus necesse planerat vt morfi pernicioso mortis meditationem adhiberet, quo opitate Deo sanitatem recuperaret, & virtutem illam, viresq; vnguentonimæ fauciata infundebat. Nunquod ad actiones vitæ spiritualis tinet, principem illæ locum sibi dicant, quæ directè diuinum cultu seruitiumque respiciebant. Iam rō illud etiam constat inde natiuitatis mundi exordio ad nostra vltima tempora celeberrima, quæq; sacrificia, Dei altari imposita velut exquisitissimo ferculo, ita mortis memoria fuisse condita. Omnia, n. priora sacrificia legis naturæ, Mosaycæ ijs animalibus constabant quæ occidebantur a Abel in manu linæ id vsurpauit: Næ renascatur genere humano & detecto rursum orbe, hoc modo immolauit; Moyse hoc ritu legem rogauit: & vniuersi Hebræi ista ratione Deo inservierunt. Erat ergo sacrificium hoc p-

cherrimum & honorificentissimum
 ferculum, quod quidem in mensa
 coram Deo statui poterat, & eius so-
 lius ori nullo adscito socio sed in-
 communicabile prorsus offerri. O-
 mnia autem ita mortis commixtio-
 nem habebant, vt hominem sui finis
 commonefacerent, & omnibus no-
 bis illius mortē præfigurarent, qui
 nostram erat occisurus & vitam no-
 bis perditam collaturus. Augustum
 verò illud sacrificium Christiano-
 rum, veritas omnium sacrificiorum,
 mundo iam quasi senescente insti-
 tutum, quã præclare memoriã mor-
 tis conditum est, & illius omninò
 mortis, quæ vita nostra est Iesu Chri-
 sti scilicet, annon in sacrosancto i-
 sto & admirabili cõuiuio locus mu-
 nitus est pro recordatione mortuorũ,
 quo soluto mortis suæ tributo, ex eo
 triumphum sperant sibiq; firmiter
 pollicentur? ipse autem filius Dei o-
 mnis doctrinæ præteritæ recapitu-
 latio, quoties huius transitus memo-
 riã nobis inculcauit, quoties tã ver-
 bis quam similitudinibus grauibus
 & prægnantibus momentum etiam

huius præparationis declarauit ex-
stimare itaq; omninò oportet mag-
nas quasdam vtilitates & singularem
prorsus commoda in mortis medi-
tatione latere, si quidem ab ipso
mundi æuo Deus humanis eam oc-
lis tam diuersis modis subiecit, mo-
do per loca, modo per vestimenta
actiones, & verba, dum ei ipse
honorificentissimum locum in
mensa assignauit, eamque per suam
sapientiam Filium dilectum voluit
prædicari. Atque hæc reuera causa
est cur intimi quicq; Dei familiares
singulari quadam cum voluptate
hanc Philosophiam exercuerint,
adeò studiosè excolendam suscep-
erint. *a* Elias pro cingulo pelle mo-
tua utebatur, sumpta de parte & ter-
ritoria aui sui. *b* Adam verò etiam me-
moriam mortis animo inuolu-
gebat, quin adeò ei familiaris con-
sueiebatur, vnam vt illam nõ sensum
aliquo sed rationali & voluntario
desiderio identidem exoptaret,
cens: *Sufficit mihi, Domine, tolle
manum meam, neq; enim melior sum
Patres mei.* Quinam verò Patres

a Elias et
Ioannes
vno cin-
gulo vsi
coriaco.

4. Reg. 1.
8.

b Genes.
3. 21.

c 3. Reg.
19.

sunt? Adam & alij, qui in hoc exilio laborauerunt, & in miseriarū valle degentes, per viam mortis aliam vitam aliūque mundū introiuerunt: & quamuis voti sui quod conceperat reus effectus non fuerit, rem tamen excellentiorem longè impetrauit, & à Deo speciali priuilegio mortis communibus legibus solutus, in locum quietis nobis incognitum fuit abstractus, expectās donec tempore legitimo adueniente mortis suæ victor sit, & de ea triumphū reportet sempiternum. D. quoque Ioannes eodem spiritu afflatus cingulum materiæ similis adhibebat, neque vllus dubitādi locus est, quin quam sæpissimè tempore austeræ suæ & horridæ solitudinis, contemplationes suas, orationes, & exercitia hac sancta seueraque theoria diluisse videatur. Quid autem de alio Ioanne dicam magno etiam illo Dei seruo & Ecclesiæ Antiochenæ Patriarcha, Eleemosynario cognominato: Propter eius insignē erga pauperes liberalitatē? qui cum sepulchrū sibi suum extrui curauisset, iamque

a 4. Reg.

2.11. Eccl.

cl. 48.

13.

Malach.

4.5.

Mat. 11.

14.17.

Marc. 9.

13.

*Luc. 1.17.**S. Ioan.**Eleemo-**synarius**sepulchrū**suum se**vivo**perfici**noluit.*

id ferè absolutum esset, iussit repetere
 cepta abfistere murarios, & imper-
 fectum relinquere, Capellano inter-
 rim suo illud muneris imponens, sin-
 gulis vt diebus se de eo absoluendo
 commonefaceret, vt hac ratione
 continuò cogitaret & meditare-
 tur, quæ tanti pòderis esse sciebat, vnde
 licet mortem contemplari, itaque
 eam se accingere. & præparare
 post eam in æternum viuere mere-
 retur. Omnes denique sancti eo se-
 per omnes suas vires còtulerunt, &
 in hoc sanctissimo studio exer-
 centur, & ita mortis hanc scholam
 frequentarunt, vt in illa lectione
 perfectè viuendi ad amussim discer-
 rent memoriaque sepirent.

*Primum in mortis meditatione pro-
 ctum utilissimum, semper sibi ob-
 culos habere immotam illam senti-
 tiam, Moriendum est; idq; nos
 cundum Deum viuere facit, &
 sanctè defungendum parat.*

COLLOQVIUM XX.

PHIL.

ROGANDVS, mihi tu nunc h
 loco es, vt aut propter imbr
 cill